

bera sit, sed homines renatos obsequium illud debere præstare: Et dum de commemoratis illis vocabulis disputatum est, tandem etiam de re ipsâ fuit disceptatum: Alii enim contenderunt, Legē apud Christianos prorsus non esse docendam, sed tantummodo doctrinā Evangelii homines ad bona opera invitandos esse: Alii hanc opinionem impugnârunt.

XXII. Ex quibus omnibus manifestum est, tria potissimum in hoc articulo de bonis operibus nobis proponi ζητήματα, quae probè expendenda & consideranda sunt, utpote in quibus cardo totius disputationis vicitur.

Tria totius
disputationis
ζητήματα.

1. Utrum bona opera sint necessaria ad salutem, vel consequendam, vel quavis etiam ratione promovendam; an verò fructus tantummodo sint & effectus, qui fidem salvificam necessariò concomitentur?
2. Utrum bona opera noxia sint & perniciosa ad salutem, an non? seu potius, an ea bonorum operum ratio sit & conditio, ut non solum non sint necessaria, sed etiam salui magis obesse, quam prodesse possint?
3. Utrum Bona opera sint debita & necessaria homini justificato, an verò libera sint & arbitraria, ita ut in hominis renati arbitrio positiū sit, bene aut male agere, quando ipsi visum fuerit, ut nihilominus tamen fidem retineat, etiamsi in peccatis ex proposito perseveret?

I.

2.

3.

De singulis hisce capitibus tām Dērīkōs quām aītī Dērīkōs, secuti filium Libri Concordiae breviter σὺν Dērīkōs agemus.

MEMBRVM II.

b

D E

Membrum 2.